Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

genus tuum cognosce. Dixit autem illi an
gelus. Ego sanum ducam et sanum tibi
reducam filium tuum. Respondens autem tobi
as dixit: Bene ambulemus et sit dominus iuti
nere uiam. et angelus eius comitetur nobiscum.
Tunc paratis omnibus que erant in uia
portanda. fecit tobias uale patri suo et
matri sue. et ambulauerunt ambo simul. Cum
que profecti essent. cepit flere mater eius
et dicere. Baculum senectutis mei tulisti et
transmisisti a nobis. Iumentum esse pecunia
ipsa pro qua misisti eum. Sufficiebat nos
pauptas mea ut diuitias computarem hoc
quod uidebam filium meum. Dixitque tobias
Noli flere. Saluus perueniet filius meus. et
saluus reuertetur ad nos. et oculi tui u
debunt eum. Credo enim quia angelus domini bon
comitetur eum. et bene disponat omnia que
circa ipsum geruntur. ita ut cum gaudio reu
tatur ad nos. Ad hanc uocem cessauit ma
ter eius flere et tacuit. Profectus est autem
tobias et canis secutus est eum. et mansit
prima mansione iuxta fluuium tygris. Et
exiuit ut lauaret pedes suos. et ecce
piscis immanis exiuit ad deuorandum eum.
Quem expauescens tobias clamauit uo
ce magna dicens. Domine inuadit me. Dixit
que angelus. Apprehende branchiam eius et tra
hem ad te. Quod cum fecisset. attraxit eum in sic
cum et palpitare cepit ante pedes eius. Tunc
dixit ei angelus. Exentera hunc piscem et con
ds eius et fel et iecur reponite. Sunt enim hec
necessaria ad medicamenta utiliter. Quod
cum fecisset assauit carnes eius et secum sus
tulerunt in via. cetera saliuerunt que sufficie
rent eis. quousque peruenirent in regnum media
terranee medoy. Tunc interrogauit tobias ange
lum et dixit ei. Obsecro te azarias frater
ut dicas mihi quod remedium habebunt ista
que de pisce seruare iussisti. Respondens que
dixit ei. Cordis eius particulam si super car
bones ponas. fumus eius expulsat omne
genus demonum. siue a uiro siue a muliere.
ita ut ultra non accedat ad eos. Et dixit
ei tobias. Vbi uis ut maneam. Respondens que angelus
ait. Est hic raguel nomine quinquus nur
de tribu tua. et hic habet filiam nomine
saram. Sed neque masculum neque feminam ullam
habet alium preter eam. Tibi debetur omnis
substancia eius. et oportet eam te accipere
coniugem. Pete igitur eam a patre eius et dabit
tibi eam uxorem. Tunc respondit tobias et
dixit. Audio quia tradita est uiris septem
et mortui sunt. Sed et hoc audiui. quia demo
nium illos occidit. Timeo igitur ne forte et mihi
eueniant. et cum sim unicus parentibus
meis. deponam senectutem illorum cum tristicia
ad inferos. Tunc angelus raphael dixit
ei. Audi me et ostendam tibi. qui sunt quibus
nocere potest demonium. Hii namque qui
coniugium ita suscipiunt ut deum a se sua
mente excludant et sue libidini ita uacent
sicut equus et mulus. quibus non est intellectus.
habet potestatem demon super eos. Tu autem
cum accepis eam. ingressus cubiculum per
tres dies continens esto ab ea et nichil
aliud nisi orationibus uacabis cum ea. Ipsa autem
nocte incenso iecore piscis fugabitur de
monium. sed a nocte in copulacione sancto
patriarcharum admittens cercia autem noc
te benedictionem consequeris. ut filii ex uobis
procreentur. Transacta autem tria
nocte accipies uirginem cum timore dei a
more filiorum magis quam libidinis ducens
ut in semine abrahe benedictionem in filiis
consequaris. Ingressi sunt autem ad rague
lem. et suscepit eos raguel cum gaudio. In
tuensque tobiam raguel dixit anne uxori
sue. Quam similis est iuuenis iste consobri
no meo. Et cum hec dixisset ait. Vnde estis
iuuenes fratres mei. At illi dixerunt. Ex
tribu neptalim sumus. ex captiuitate ni
nue. Et dixit illis raguel. Nosti tobiam
fratrem meum. Qui dixerunt. Nouimus. Cuique
multa bona loqueretur de deo. dixit an
gelus ad raguel. Tobias de quo interrogas